

La vita in campagna

La vita del contadino, incredibilmente, è insieme povera e felice!

Severa et laboriosa est vita agricolae: non solum industriā ac diligentiam magnā, sed etiam parsimoniā et patientiam pecuniam suam congērit. Nullam autem exercet avaritiam et saepe beatam vitam agit cum constantia et modestia: cum aurora agricola surgit, glebas scindit, terram arat et irrigat, spicas falculā secāt. In area gallinas, columbas et agnas alit, furculis et hastis beluas fugat. In parva casa cum familia habitat: neque magnis columnis neque miris tabulis neque marmoreis statuīs ornātur, sed apud foci (“del focolare”) flammam lignae dearum statuae rosarum coronis a filiis magna cum laetitia coluntur. Cum bruma agricola operam demittit, cena a femina parātur. Post (+ acc., “dopo”) cenam agricola cum finitimarum villarum accolis apud flammam sedet: iucundae fabulae narrantur, vitae curae facetiis levantur, familia advenaeque delectantur. Sic mirabiliter et misera et beata est vita agricolae!

La saggezza della formica

La risposta accorta della formica mette a nudo la vuota presunzione della mosca. La morale finale ricollega il comportamento animale a quello umano.

Magna cum prudentia formica respondēbat: «Dearum epūlae sane iucundae sunt, si (“se”) invitaris; tu (“tu”) certe aras frequentas, sed semper a sacerdotibus (“dalle sacerdotesse”) abigēris. Non solum in capite (“sulla testa”) reginarum sedes, sed etiam in immunda spurcitia. Non labōras neque certe socordia tua divitias congēris; uvas enim in mensis attingis, sed brumā saevā vita tua magna cum ignominia finitur: nam neque miram villam neque parvam casam habes. Formicae autem magna diligentia micarum copiam congērunt, casam promiscuam tamquam (“come”) villam rusticam cum concordia habitant et vitam iucundam atque beatam semper gerunt». Ut (“come”) fabella indicat, insolentia atque superbia semper puniuntur.

La cicala e la civetta

Superbiae poenas magnas solvunt qui (“coloro che”, nom. m. plur.) *clementiam non exercent. Cicāda, nimia Musarum amica, noctuae neniā suā molestiam acerbam parābat: canēbat enim continuo, sed avicūla dormire optābat. Ergo noctua garrūlam cicādam callidā fallaciā tacitam faciēbat* (“rendeva”); *cicādae enim dicēbat: «Mire canis! Musarum cithāra vocūla tua videtur* (“sembra”), *clara et sonōra putatur. Si* (“se”) *non fastīdis, te* (“ti”, acc.) *apud meam parvam casam invito: inter nos* (“fra noi”) *bibimus et amicae a cetēris* (abl. plur. da *cetērae* “tutte le altre”) *silvae bestiōlis habemur». Noctua a stulta cicāda amica credebātur, sed avicūla in casa sua molestam vicinam statim necābat. Sic cicāda tacet et noctuae mortua tribuēbat quod* (“ciò che”, acc. n.) *viva negābat.*

LABORATORIO

Morfologia e sintassi

- 1 Sottolinea e analizza tutti i predicati verbali, poi volgi all'imperfetto quelli al presente e viceversa.
- 2 Evidenzia i complementi predicativi del soggetto e dell'oggetto.
- 3 Cerchia e analizza i complementi in ablativo.

Lessico

- 4 *poenas solvere*: significa
Il verbo *solvo* significa letteralmente “scioglio”,

ma anche “assolvo”, “sono in grado di svolgere”, per esempio un compito. Precisa il significato delle seguenti espressioni italiane tratte dal linguaggio economico: pagare in un'unica soluzione • debitore insolvente.

- 5 *acerba*: ha prodotto in italiano il corrispondente “acerba”, che ha il significato concreto di
..... . Nel brano, però, l'aggettivo ha valore astratto e indica per metafora lo sgradevole fastidio provocato dal canto della cicala.

Traduci il seguente brano.

I Greci in Italia

Graeciae nautae mercatura sibi (“a sé”, “si”) *magnas divitias parābant et in Italia colonias condēbant. Primum habitābant Pithecūsam, fecundam amoenamque insulam apud Campaniae oras. Deinde in Italiae terra Cumae ab incōlis Chalcidis* (“di Calcide”) *condebantur; apud Cumas Sibylla habitābat et fortunam incōlis praedicēbat. Ut* (“come”) *narrat poēta, Aenēas*¹ *quoque Sibyllam conveniēbat atque fortunam suam cognoscēbat. Apud Cumas Capua quoque surgēbat, Tuscōrum oppidum* (città degli Etruschi), *et quae* (“quella che”, nom. f. sing.) *Graecā linguā Neāpolis* (“Napoli”, nom.), *id est* (“cioè”) *nova civitas* (“città”, nom. f. sing.), *dicebātur. Multae aliae* (“altre”, nom. f. plur.) *Graecae coloniae in Italiae oris erant: ergo Italica terra Magna Graecia nuncupabātur.*

La mosca e l'uomo calvo

Dal comportamento della mosca, che merita di essere punita dall'uomo sebbene a suo danno, deriva la morale per gli esseri umani.

Calvi mordebat musca nudatum caput ("la testa scoperta", acc. n. sing.); *vir muscam opprimere temptabat, sed plagam imponebat sibi* ("a sé", "si"). *Musca igitur virum irridebat atque dicebat: «Ob parvulum punctum me* ("me", "mi", acc.) *opprimis. Nunc autem poenam magnam et novam tibi* ("a te", "ti") *irrogas: iniuriam enim magnam tibi fecisti* ("hai fatto")». *Respondebat autem vir: «Veniam mihi* ("a me", "mi") *facile concedo: nam me laedere non volui* ("volevo"). *Tu* ("tu") *autem, musca, viris molestias parare studes: quare muscas etiam meo incommodo necare vel opprimere opto*». *Hoc* ("questo", nom. n. sing.) *est fabellae praeceptum: aut consilio aut fortuna peccant viri: alteris* ("agli uni") *poenam, alteris* ("agli altri") *veniam donare debemus.* (da Fedro)

Il mito di Tantalo

Tantalo era amico degli dèi, ma tradì la loro fiducia e venne severamente punito.

Tantālus, Phrygiae tyrannus, deum amicus erat et ad deum epūlas admittebatur. Di magna benevolentia cum Tantālo agebant, cibum divinum et arcana sua communicabant. Sed Tantālus superbiā movebatur: ergo ambrosiam ex Olympi mensis subtrahebat et viris feminisque praebebat, secreta aperiebat. Deinde deos ad cenam invitabat, sed propter cibi penuriam filium suum in frusta concidebat, in olla elixabat atque epūlis apponebat. Di impiam cibi naturam statim animadvertabant neque cibaria absumebant; Tantālus a diis severa poena puniebatur: in Tartarum praecipitabatur atque ibi ("lì") adhuc aeterna carnificina cruciatur: in lacuna immergitur, sed bibere nequit ("non può"), quia aqua labra elūdit. Super miserum virum rami pendunt malis pirisque obrūti ("carichi", nom. m. plur.), sed, quia rami vento maligno sublevantur, Tantālus poma carpere non valet atque frustra brachia ad coelum iactat. Praeterea (avv.) immensum saxum, perpetuae minae, in Tantālum in aeternum immīnet.

Enea inizia il suo viaggio

Dopo la caduta di Troia, Enea con un gruppo di sopravvissuti inizia un lungo viaggio per mare alla ricerca di una terra dove fondare una nuova patria.

Aenēas¹ in Italiam ab Asiae oris venit et oppidum Lavinium condit. Fabūla autem longa est et hic exordium solum narratur. Propter Troiae excidium exiguus Troiugēnum numerus cum libēris et servis patriam relinquere debet. Turbam ducit Aenēas, Venēris (“di Venere”) et Anchīsae¹ filius, vir iustus atque pius. Profugorum scaphae primum (avv.) ad Thraciam pergunt, quod terra tuta et fecunda putatur. A Thracia autem signo nefasto pelluntur; tunc Delum, ad fanum Phoebi antiquissimum (superlativo da antiquus, -a, -um), perveniunt et dei oracūla sumunt: antiqua mater (“madre”, nom. f. sing.) a profūgis exquīri debet. Terra ab oracūlo indicata (“indicata”, nom. f. sing.) primum (avv.) insūla Creta creditur, quia Teucer, Priāmi avus, e Creta ad Asiam primus venērat (“era venuto”). Oppidum condunt, muros aedificant, sed subīta pestilentia et cibi inopia in Troianos saeviunt. Novo Phoebi responso terram Hesperiam Troiani petunt.

Le conquiste dei Romani sotto Augusto (II)

Anche nei rapporti con i popoli orientali Augusto ottiene successi notevoli, soprattutto dal punto di vista diplomatico.

Armeniam a Parthis redimebat et obsides (“ostaggi”, acc. m. plur.) *Persae Romanis unā* (avv.) *cum signis dabant, quae* (“che”, acc. n. plur.) *M. Crasso ademērant* (“avevano sottratto”). *Scythae et Indi, qui* (“che”, nom. m. plur.) *antea* (avv.) *a Romanis non cognoscebantur, dona et legatos Romam mittebant. Galatias quoque sub Augusto provincia creabatur. Amicitias apud barbāros firmas contrahebat, multi tyranni populi Romani fidi amici sociique habebantur; ergo oppīda nova condebant et Caesareas nominabant, sicut in Mauretania a Iuba et in Palaestina, oppīdum hodie clarum. Cum* (“quando”) *e vita excedebat, Divus appellabatur.* (da Eutropio)

Tarpea tradisce i Romani

Tarpea, la giovane figlia del custode della rocca capitolina, sedotta dall'oro dei Sabini tradisce la patria ed è poi gettata dalla sommità del colle dai nemici che lei stessa ha fatto entrare in città. Il racconto spiega l'origine del nome della rocca da cui a Roma venivano precipitati i colpevoli di alto tradimento.

Aliud bellum a Sabinis in Romanos geritur, neque prius ("prima") indicitur quam ("che") committitur. Dolus enim consilio additur: Sp. Tarpeius, praefectus Romanorum praesidii, filiam habebat unam Tarpeiam. Tatius, Sabinorum dominus, Tarpeiam aureis gemmis corrumpibat et per armatos Romanorum arcem ("rocca", acc. f. sing.) oppugnabat. Tarpeia armillas aureas gemmatosque anulos a Sabinis praemium petebat¹, quae ("che", acc. n. plur.) in dextero brachio habebant: sed Sabini puellam scutis, quae ("che", acc. n. plur.) altero brachio portant, obruebant atque interimebant. Sabini arcem tenebant, Romani iniquo loco pugnare cogeantur. Tunc Romulus rex ("re", nom. m. sing.) cum globo animosorum virorum Mettium Curtium, Sabinorum praefectum, petebat² ac fundebat. Neutri populo autem bellum gratum erat, quia Sabinorum filiae cum Romanis viris conubiis iungebantur: ergo uterque bellum componere temptabat.

Sciopero della plebe a Roma

I plebei, sfruttati dai patrizi, si ribellano allontanandosi dalla città e dai loro compiti. I patrizi sono allora costretti a scendere a patti.

Romae patricii magnas divitias habebant et imperium nimia insolentia exercebant. Plebei autem graviter (avv.) laborabant, magna tributa pendebant, miseri atque inopia solliciti erant. Ideo (avv.) plebei Romam relinquere statuebant et in Aventinum secedebant. Ibi (avv.) parva castra aedificabant atque pro castris praesidia collocabant, vallo fossaque muniebant. Ita (avv.) enim cogitabant: «Si ("se") patriciorum agros non serimus, agri neque poma neque frumentum patriciis praebent: ergo patricii cibi inopia laborabunt (fut. sempl. 3^a pers. plur. da laboro). Nos ("noi", nom.), contra (avv.), frumentum in Aventino ante castra serimus et cibum habemus». Tunc patricii legatos ad plebeios mittebant et verba senatorum ("dei senatori") renuntiabant: «Si ("se") Romam remeatis, patricii vestra debita remittunt, lucra aequa plebeis tribuunt». Plebei igitur consilium suum deponebant ac Romam remeabant; promissa a patriciis solvebantur atque concordia a Romanis recuperabatur.

I re di Roma (II)

Degli ultimi tre sovrani, due sono di origine etrusca, mentre il sesto della serie, Servio Tullio, è addirittura di origine servile, come rivela il nome.

Tarquinius numerum senatorum ("dei senatori") duplicabat, Romae circum aedificabat, ludos Romanos instituebat, qui ("che", nom. m. plur.) ad nostram memoriam permānent. Vincebat etiam Sabinos et latos Sabinorum agros subtrahebat ac Romae territorio iungebat. Post victoriam primus triumphum Romae celebrabat. Muros et cloācas aedificabat, Capitolium inchoabat. Post XXXVII (= triginta septem "37") imperii annos per Anci filios occidebatur. Post Tarquinium Servius Tullius imperium habuit ("ottenne"). Servius genitus erat ("era stato generato") ex ingenua femina, captiva tamen et ancilla in regia. Servius quoque Sabinos profligabat, Quirinalem ("il Quirinale", acc.), Viminalem ("il Viminale", acc.) et Esquilinum Romae adiungebat, fossas circum (+ acc., "intorno a") murum ducebat murosque ampliabat, qui ("che", nom. m. plur.) adhuc extant. Oppidānos in censum ("censo", acc. m. sing.) cum agricōlis ordinabat. Necabatur dolo a genēro suo Tarquinio, septimo et ultimo Romae domīno, qui ("che", nom. m. sing.) postea (avv.) propter nimiam insolentiam Superbus dicētur ("sarà detto").

Nettuno, il dio del mare

Nettuno, figlio di Saturno, signore del mare e di tutti i corsi d'acqua, dimora nelle isole più belle del Mediterraneo. A lui i naviganti devoti si affidano affinché li protegga durante le traversate.

Neptunus, Saturni filius, inter deos antiquus est atque olim non solum aquarum, sed etiam terrae totius dominus erat. Mox autem terras relinquebat, quia Saturnus pater ("padre", nom. m. sing.) e caelo ab Iove ("Giove", abl.) filio expellebatur: nunc et rivi et fluvii et pelāgus vastum Neptuni sacra templa sunt. Multa et amoena Neptuni domicilia in pelāgi insulis sunt: in insula Euboea, quae ("che", nom. f. sing.) ante Atticam paeninsulam est, cum nymphis saepe restat; Cyprum ad Minervam, Delum ad Phoebum saepe venit. Graeci viri pelāgus incerta fortuna percurrunt, quod pios atque peritos nautas mira dei benevolentia adiūvat atque ad oras intēgros ducit, imprōbos viros autem saevā irā infestis ventis atque procellis deus punit.

Dopo aver letto con attenzione il testo, svolgi le seguenti operazioni:

- sottolinea le voci verbali che costituiscono i predicati;
- suddividi ciascun periodo in proposizioni (tante quante i predicati) separandole con una barra semplice;
- individua il soggetto e i complementi diretti e indiretti di ciascun verbo;
- completa le note e la traduzione.

Un attacco a tradimento

Sabino, comandante dei Romani, viene ucciso a tradimento durante un colloquio con il capo dei Galli. L'accampamento romano viene poi assalito e solo pochi riescono a mettersi in salvo.

Sabinus, Romanorum dux, cum tribunis militum ad Ambiorigem accēdit atque iubet arma abicere. Adversarius imperatum facit suisque idem facere iubet. Deinde ad colloquium veniebant et Gallus consultō verbis multis diu cum Romano agebat. Interea Sabinus paulatim circumdabatur ac subito necabatur. Tum vero reliqui Galli victoriam conclamabant atque ululatum tollebant, nostros repente petebant ac perturbabant. L. Cotta, vir animosus atque consilii plenus, strenue pugnabat, sed tandem cum magna copia nostrorum necabatur. Reliqui in castra confugiunt. L. Petrosidius aquilifer, quod a nonnullis adversariis premebatur, aquilam post vallum proiciebat, deinde pro castris fortiter pugnabat atque occidebatur. Nostri usque ad vesp̄erum castra magno animo defendebant, noctu autem pauci e proelio evadebant, incerta via per silvas ad T. Labienum legatum in hiberna perveniebant et paucis verbis omnia narrabant.

Dopo aver letto con attenzione il testo, svolgi le seguenti operazioni:

- se possibile, prima di ricorrere al dizionario, cerca di risalire al significato sulla base del lessico italiano;
- completa le note;
- traduci.

Il tesoro nei campi

Sul punto di morire, un vecchio contadino rivela ai figli l'esistenza di un'immensa ricchezza nascosta nella vigna. Quello che troveranno, però, non è quello che si aspettavano.

Probus atque sedūlus agricōla pulchrum praedium cum agris multis vineāque latā atque floridā habebat. Olim propter morbum molestum et fatidicum exitium iam proximum sentiebat atque valde (avv.) laborabat, quod libēri deliciis ac otio studebant neque agros colebant. Ergo filios arcessit: «Filii familias – inquit (“dice”) – solacium meum unum, nunc e vita discēdo, at post excessum (“morte”, acc. m. sing.) divitias meas veras vobis (“a voi”) relinquere opto: non est pecunia in casa misera et parva, sed in vinea magnum thesaurum meum magna cum patientia quaerere debētis». Filii vineam agrosque paternos sine mora arant, quia divitias expētunt, at ne vestigia quidem (ne... quidem “neppure”) ullius arcae gemmis vel auro plenae inveniunt. Poma autem multa atque iucunda ex agris sedūle (avv.) cultis (“coltivati”, abl. m. plur.) obtinent, uvamque copiosam vinea praebet. Intellegitur nunc boni agricōlae consilium: industria impīgra et sedūla patientia solae verae divitiae sunt.

Orfeo ed Euridice (I)

Il mitico poeta Orfeo aveva il potere di un canto ammaliatore: al suono della sua cetra piante e sassi si muovevano e le belve divenivano mansuete. Così, quando un destino crudele lo privò della sua sposa Euridice, egli tentò la più temeraria delle imprese e scese agli inferi per riconquistarla.

Orpheus poëta lyrae suae sono beluas feras in silvis alliciebat, saxa quoque ex iugis montanis commovebat. Pulchram Eurydīcem ("Euridice", acc.) iucunde (avv.) amabat, cum Eurydīce ("Euridice", abl.) vitam fere beatam agebat. Sed adversa fortuna et necessaria deum fata puërum puellamque mox perdent. Currebat quondam (una volta) pulchra Eurydīce ("Euridice", nom.) nec in alta herba apud rivum videbat hydrum, qui ("che", nom. m. sing.) insidias mortifēras puellae parabat. Mordebatur et mox ad infēros misēra descendebat, sine viro perdīta in atra aeternaque umbra. Canit Orpheus lyrā amatam, canit in pelāgi oris et apud rivorū ripas: desidērat puellam, desidērat sponsam. Tandem consilium tremendum capit (da capio): ad infēros descendet puellamque suam in terram redūcet.

Orfeo ed Euridice (II)

Orfeo riconquista con il suo canto la sposa Euridice. Ma quando l'ha ormai quasi tratta in salvo, il poeta innamorato si volta a guardarla, e la perde per sempre. È la struggente storia d'amore incastonata da Virgilio nel finale del poema *Le Georgiche*.

Ad altam Orci ianuam Orpheus pervēnit acceditque ad domīnum Erēbi tremendum, qui ("che", "il quale", nom. m. sing.) numquam humanis votis commovetur. Commoventur autem Erēbi umbrae animaeque, antiquorum virorum simulācra, quia Orphei musica etiam extremam exitii poenam vincit. Inferorum regina Proserpina viro puellam tradit, at monet: «Ante sponsam recte (avv.) procēde neque umquam gradum ("passo", acc. m. sing.) vertito. Sic Eurydīcem ("Euridice", acc.) ad supēras auras duces, sic puella denuo (avv.) vitam accipiet (da accipio). At si (cong.) oculis tuis sub atra humo vultum ("volto", acc. m. sing.) venustum respexēris¹, statim in aeternum amatam amittes». Rursus (avv.) Orpheus ad caelum ascendit atque sponsa amata retro (avv.) venit. Iam ad supēras auras perveniebant, cum ("quando") subīta dementia Orpheum misērum capit (da capio): restat, Eurydīcem suam respicit (da respicio) statimque perdit. Saeva deum fata sponsam retro vocant: puella ad virum frustra (avv.) palmas tendit, multas lacrimas effundit ac in Tartāra taetra itērum (avv.) submergitur.

Gli uomini primitivi

Il progresso verso la vita civile fu lento e faticoso.

Prisci viri feminaeque nec casas nec certa loca habebant, sed in obscuris speluncis habitabant, quas ("che", acc. f. plur.) tutum refugium contra pluvias et caelum frigidum putabant. Sub aestivo caelo apud procerarum platanorum truncos quiescebant; interdum etiam, quia ferarum insidias metuebant, in altum ascendebant et in plantarum ramis dormiebant. Feram asperamque vitam agebant, quia neque agri culturae studebant nec mercaturam exercebant; cotidie (avv.) enim per silvas camposque errabant, beluas agitabant et cum terrae pomis cibum sumebant. Nullum vestimentum gerebant, sed ferarum coriis se ("si", acc.) tegebant. Post multa saecula tantum (avv.) tam feram vitam tandem relinquent: multi enim e plantarum ramis descendunt, e silvis excēdent, parvas casas apud fluvios vel rivos aedificabunt, agros colere et armenta pascere discent. Deinde primos vicos constituent, praesidia fossasque pro vico instruent, beluarum et aliorum virorum insidias arcent. Paulatim bonum a malo decernent, praecepta instituent, patriam et deum templa colere discent.

Il re Codro si sacrifica per la patria

In seguito a un oracolo, la vittoria di Atene sugli abitanti del Peloponneso è legata al sacrificio del re della città.

Erant inter Athenarum et Peloponnesi incôlas antiquae iurgii causae. Peloponnesii ob aspĕram annonae penuriam in Atticam veniebant, incôlas ex agris campisque pellebant et ad oppidum castra ponebant. Bellum autem multis proeliis variaque fortuna diu gerebatur: Peloponnesii igitur legatos Delphos mittebant et oracula consulebant. Ita Pythia respondebat: «Athenarum tyrannum ne necanto Peloponnesii: sic victoriam habēbunt». Per legatos responsum ad Peloponnesiorum castra nuntiabatur; ergo Peloponnesii militiis suis clara praecepta imponebant: «Proelium committitôte, acriter (avv.) pugnâtôte, sed Athenarum tyranni vitam custoditôte: sic victoria nostra erit». Sed Athenarum tyrannus Codrus dei responsum atque inimicorum praecepta per perfugas cognoscebat. Sic regium vestimentum permutabat, sarmenta in collum ponebat ac pannosus in Peloponnesiorum castra intrabat. Ibi (avv.) unum Peloponnesiorum ferro consultô (avv.) vulnerabat: Peloponnesius igitur irâ Codrum gladio interimebat. Castrorum socii autem Codrum agnoscebant, oraculi memoriam excitabant et sine proelio ex Attica discedebant. Sic animus unius viri, qui (“che”, nom. m. sing.) pro patria vitam suam donabat, Athenas a bello liberabat.

MITOLOGIA

Traduci il seguente brano.

Enea in viaggio: le Arpie e il vaticinio di Eleno

Il viaggio di Enea continua scandito da nuove profezie sul destino dei profughi troiani: la regina delle Arpie, mostruosi uccelli dal volto di donna, preannuncia una terribile carestia, mentre il troiano Eleno, l'unico sopravvissuto tra i figli di Priamo e nuovo sposo di Andromaca, indica il luogo preciso in cui Enea fonderà Lavinio.

In Harpyiarum insulis tertium oraculum Aenēae¹ sociisque editur: «In Latii oris propter cibi penuriam mensas absumĕre cogemini». E squalidis insulis Troiani in Epīrum appellunt et Buthrōtum perveniunt, quia oppidum ab Helēno Troiano cum Andromācha regitur. Helēnus Aenēae haec (“queste cose”, acc. n. plur.) praenuntiat: «Pelāgus vastum percurres diuque in medio mari (“mare”, abl. n. sing.) errābis. Primum (avv.) in Sicilia consiste, deinde Cumas pergito et Sibyllam iucundis verbis blanditiisque demerĕto: cum Sibylla enim sub terram solus descendes et infĕros lustrābis; tandem ad Latii amoenas oras cum sociis pervenies et loco, ubi (“dove”) porcam cum triginta (“trenta”, indecl.) porcellūlis vidēbis, novum oppidum condito, quod (“che”, acc. n. sing.) Lavinium, a Lavinia, Latini filia, appellābis.

Narciso (I)

Ovidio spiega l'origine di un fiore, il narciso, attraverso la favola del bellissimo ragazzo che, contemplando la propria immagine riflessa in uno specchio d'acqua, si innamora di se stesso.

Narcissus, Cephēsi rivi filius, inter cetēros puēros longe formā eximiā excellebat, sed puellas nymphasque omnes ("tutte", acc. f. plur.) *spernebat nullique studebat, totumque se* ("si", acc.) *dabat venatui* ("alla caccia") *et Dianae uni dearum sacrificia perficiēbat. Errabat olim pulcher Narcissus per silvas densas et aspēra iuga, et tandem ad limpidas placidi rivi aquas perveniebat. Nulla fera vel avis* ("uccello", nom. f. sing.) *nitidas argentei rivi undas turbabat nec ramus ullus de planta ex alto decidebat. Puer apud rivum stat labiaque ad aquam admōvet, sed subito turbatus restat: vultum* ("volto", acc. m. sing.) *mirum formamque suam eximiam in immota aqua aspīcit et obstupescit.*

Traduci il seguente brano.

Narciso (II)

Nell'illusione di abbracciare il volto che vede riflesso, Narciso cade in acqua e muore annegato. Le ninfe cercano di dargli sepoltura, ma al posto del corpo del ragazzo spunta il bellissimo fiore che da lui prende nome.

Statim puer novā atque mirā flammā ardet et puērū amat, quem ("che", acc. m. sing.) *aspīcit, quia umbram non agnōscit neque intellēgit. Se ipsum* ("se stesso") *cupit, se ipsum amat studioque nimio consumitur. Humi recumbit et oculos, quasi* ("simili a") *signa caeli, et comam Baccho dignam* (+ abl.) *et genas et collum eburneum et rubra in niveo vultu* ("volto", abl. m. sing.) *labia conspīcit. Nonnulla inrīta oscūla dolosae rivi aquae dat, bracchia frustra saepe mergit: nam simulācrum numquam capit; decipitur animus puēri, decipiuntur oculi. Tandem e vita excēdit nymphaeque rogum pro puēro instruunt. Membra autem evanescunt et miro portento croceus flos* ("fiore", nom. m. sing.) *de humo nascitur* ("nasce"), *qui* ("che", nom. m. sing.) *alba folia habet et narcissus etiam nunc appellatur.*

La prima guerra punica

I Romani sono costretti a combattere sul mare contro gli esperti marinai cartaginesi, ma con un abile stratagemma conquistano la supremazia militare e vincono la guerra (241 a.C.).

Post bellum Tarentinum Romanis totius Italiae imperium erat, Poeni autem insulam Siciliam fere totam regebant. Pro Italiae oris liberae adhuc erant Syracusae, priscum et opulentum Graecorum oppidum, et Messāna, quae (“che”, nom. f. sing.) nuper a Mamertinis, saevo Italico populo, capiebatur. Quod Syracusani Messānam oppugnabant, Mamertini a Poenis auxilium petunt. Poeni autem praesidium Messānam mittunt, sed oppidum armis subigere cupiunt. Tum Mamertini Romanorum auxilium poscunt. Ergo a Romanis bellum novum extra Italiae oras suscipitur: proeliis nonnullis Poeni vincuntur atque e Sicilia fugiunt. Sed pelāgus Romanis tutum non erat, quia Poenorum nautis magna peritia multaque navigia erant, Romani nautae contra (avv.) imperiti erant et saepe non ab inimicis, sed procellis ventisque affligebantur. Tandem Romani callido consilio navigia sua rostris atque corvis munient et Poeni primum apud Mylas a C. Duilio, deinde ante Aegātes (“Egadi”, acc. f. plur.) insulas a Lutatio Catulo profligabuntur.

Le meraviglie dell'India

Regione ricca di corsi d'acqua, l'India è caratterizzata dalla varietà della fauna e del clima. Inoltre preziosi gioielli ornano l'abbigliamento dei suoi abitanti.

Indiae regiōnes Austrum accipiunt atque altis terrae fastigiis finiuntur. Multa inclīta flumīna ex Caucāso descendunt et placidum iter per agros faciunt. Indo sunt aquae gelīdae et apud capīta salsae; Ganges, Indicorum flumīnum longe (“di gran lunga”) eximius, alta regiōnis cacumīna magno et recto alveo stringit. Indus rapīdus fluit, sed in planitiis vigōrem suum amittit et in tenēro solo stagnat. Diardīnes¹ nomen clarum non habet, quia per extremas Indiae regiōnes currit, sed ignotas aliis populis beluas alit, non crocodīlos modo, ut Nilus, sed etiam delphīnos. Elephantorum corpōra non adaequant Africae immensa monstra, et potentia magnitudīni respondet. Maritimae Indiae orae gelīdo Aquilōne deuruntur et magna frigōra tolerant, sed multa loca solis fervōre exaestuant multaque alia ventorum frigōribus cruciantur. Aurum flumīna vehunt, gemmas margaritasque pelāgus litorībus infundit. Incōlae corpōra usque ad pedes carbāso velant; soleis pedes, capīta linteis vinciunt; lapilli ex auribus (“dalle orecchie”, da auris, -is) pendent; brachia quoque et lacertos auro principēs ornant. (da Curzio Rufo)

Esòpo e il padre di famiglia

Grazie a un racconto, Esòpo convince un contadino con un figlio ribelle a educarlo con fermezza e mitezza allo stesso tempo.

Pater familias saevum filium habebat. Puer, cum ("quando") e praesentia patris recedebat, multis verberibus servos afficiebat ibique fervidam adulescentiam exercebat. Aesopus ergo fabellam patri narrat.

Agricōla vitūlum indomītum habebat, et eum ("lo" acc. m. sing.) ad aratrum iungit cum vetūlo bove ("bue" abl. m. sing.), placīdo et perito. Sed vitūlus iugum recūsāt loraque confringit. Tunc agricōla blanditiis vitūlum capit et bovi ("al bue") dicit: «Domare debes iuvenicum, quod calcibus multos infirmos reddidit ("rese")». Tu quoque tuum filium assidue retinēbis et ferum ingenium clementia comprīmes, sic servorum querēla non augebitur. Atrocitāti mansuetudo est remedium.

(da Fedro)

Traduci il seguente brano.

Deucalione e Pirra

Unici sopravvissuti al diluvio, Deucalione e Pirra, incapaci di sopportare la solitudine, ottengono da Giove di poter ricreare l'umanità.

Cum ("quando") *diluvium evēnit, totum genus hominum necat, praeter Deucaliōnem et Pyrrham: nam intēgri in montem Aetnam profugiunt, ubi propter solitudinem et desiderium aliorum hominum in maestitia vivebant. Itaque deorum patrem rogant: «Aut aliorum hominum consuetudinem aut parem* ("uguale", acc. f. sing.) *poenam nobis* ("per noi") *postulamus». Tum deorum rex dicit: «Si* (cong.) *lapīdes post terga vestra iactabitis, lapīdes Deucaliōnis erunt viri, Pyrrhae autem feminae». Imperata divina faciunt Deucalion et Pyrrha et sic genus humanum in terra restituitur.*

MITOLOGIA

Traduci il seguente brano.

Due tappe del viaggio di Ulisse

In viaggio verso Itaca, Ulisse affronta varie insidie: la tentazione dell'oblio della patria offerta dai mangiatori di loto e la terribile minaccia del ciclope Polifemo. L'astuzia consente all'eroe di superare entrambe le prove.

Post Troiae excidium viginti ("venti", indecl.) *annos per pelāgus cum parvo comitum agmine Ulixes* ("Ulisse", nom.) *errat. Primum Troiā in Thraciam venit, ubi Polymnēstor, rex ferox et avarus, bellicosas nationes regebat. Ob tantae saevitiae timorem Ulixes regionem cito relinquit et alias terras petit. Cum* ("quando") *in Africam pervēnit, Lotophagorum vastas speluncas videt, ubi incōlae comitibus eius* ("di lui", "suoi") *fructus* ("i frutti", acc. m. plur.) *loti dant et illi* ("quelli", nom. m. plur.) *patriae et domorum* ("delle case", gen. f. plur.) *suarum memoriam amittunt. Ulixes perniciosos fructus non gustat, sed territus* ("spaventato", nom. m. sing.) *fugit et post longam navigationem Siciliam attingit. In insūlae antris Cyclōpes vivebant, qui* ("che", nom. m. plur.) *unum oculum in fronte habebant et anthropophāgi erant. Ulixes cum comitibus suis in spelunca includitur, quia Polyphēmus Cyclops eos* ("quelli", acc. m. plur.) *devorare cupit. Magno dolore captivi adficiuntur et necem pavent. Sed Ulixes calliditate motus* ("ispirato", nom. m. sing.) *vino Polyphēmum inebriat et in somnum inducit. Tum oculum Cyclōpis stipite fervido exurit. Ulixes socios suos ad pecōra et se ipsum* ("se stesso") *ad arietem adligat et omnes* ("tutti", nom. m. plur.) *e spelunca evādunt. Frustra Polyphēmus viri fugam intercludere temptat.*

L'aquila e la volpe

Le persone umili, ma pronte a reagire, possono avere la meglio sull'arroganza dei potenti.

Vulpinos catūlos aquila olim capit et in alta arbōre ante pullorum ieiunorum nidum ponit. Catulorum mater ad arbōrem anxia appropinquat et luctuosis precibus catūlos suos petit. Aquila, in alto nido tuta, miserae matris lamentationes contemnit. Tum vulpes ab Iovis ("di Giove") ara igneam facem rapit et, apud altae arbōris pedes, aquilae inimicae dicit: «Meos filios redde, aliōquin (avv.) flammis et tuam arbōrem et tuum nidum incendam». Tum aquila, terroris plena, natos vulpi intēgros tradit veniamque implorat.

Homīnes quamvis ("sebbene") magnae potentiae metuēre humiles ("gli umili", acc. m. plur.) debent: vindicta enim patet callīdae sollertiae.

(da Fedro)